et theologie practice finalit᷑ ymmorari Nō vt ait beatus Je
ronimus· Illi in vnitate sensus et obscuritate mentis ābulant
qui diebus et noctibus in Dyaletica arte torquent᷑ ꝛc· in cano
ne· Nonne di·xxxvij· vbi rep̄hendunt᷑ dyaletici et rerum na=
turas ingrētes · Necnon versificatores· et eadē di·c· legimus
vbi p̄ vanā dyaleticoꝝ garulitatē et sophistica argumēta ītel
ligit Horaci⁹ cymphes et ranas q̄bꝫ egipcy sunt p̄cussi· prio
p̄mitto noīa liboꝝ ī vtroqꝫ iure tā pontificio q̄ȝ impatorio ·
Annectēdo cuilibet hoꝝ diuisiōem ī libros p̄cīales · Deīn sub
iungā modū allegādi ī q̄libet libro cū exemploꝝ positiōe · de
abbreuiaturis· vt introitus ad iura capescenda manifestet᷑ q̄·
rū ignorātia paucos excusat iuxta regulā ignorantia facti non
iuris excusat ·vt de regulis iuris ·c· ignorātia· li· vi que regu
la hꝫ duos articulos p̄cīpales Prim⁹ ꝙ ignorātia facti queli
bet excusat maxime dū est ignorātia facti ꝓbabilis· Tūc eīn
in toto excusat ignorātē vt in·l·error facti: C. de iuris et fc̄ti
ignorātia· q̄ꝺ eīn p̄ me nō stat mihi īputari nō debet vt in· c·
Imputare de re· iu li· vi· Secūdus articulus est ꝙ ignorātia
iuris neminē excusat· quia ius q̄libet scire tenet᷑ ·et nemini li
cet ipsum ignorare· vt in· l· regula· ff· de iuris et fac· ig̃· Debe
mus ergo scientiā iuris omēs appetere· ne in ꝯtemptū dei nos
incidere ꝯtingat· Nā ꝯtēptores canonū peccāt in spiritū sanctū
cuius instinctu Nutu et gracia ipsi sacri canones editi sunt vt
xxv· q· i· violatores ca· nulli phas· Pro q̄ sciendū ꝙ ius ē ars
boni et equi cuius merito q̄s nos sacerdotes appellat ·i· sua iu
ra cuilibet ministrātes· ff· ꝺ iusticia et iure· l· i· R· ij· Est autē
lex est species iuris. ius nomē generale· Et lex est species iuris· Etiā ius dicit᷑ p̄·
ceptū seu ordinatio p̄cīpantis vel domini circa subditos· Et
sic ius triplex distinguit᷑ · qꝛ talis sup̄ior p̄cīpās· Aut ē de⁹* *Dey NB
et tūc dicit᷑ ius diuinū Aut ē natura et dicit᷑ ius naturale p̄
# hominum. meuū· Aut ē #hō tūc dicit᷑ ius humanū scꝫ genciū vel ciuile seu
positiuū Jus nat᷑ale ē ꝯmune oī natiōi· eo ꝙ vbiqꝫ īstinctu na
ture nō aliq̄ ꝯstitutiōe habet᷑ · vt maris et femine ꝯiunctio pue
rorum educatio· communis omni possessio · Quia iure natu=
rali omnia sunt communia · idest communicanda tempore ne=
cessitatis· Nemo enim proprium dicat quod commune est vt
distinc· xlvij· capitulo· sicut hy v· primo et illud ius equissi=
mum est· quia eius ius p̄cepta in lege et ī euangelio ꝯtinetur·

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT

http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-560/0002

Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt

gefördert durch die DFG